Sic Sichem in flammas abiit, sic pectore toto
Uritur: et formae decus videt, igne micantes
Sideribus similes oculos: videt oscula, quae non
Est vidisse satis: laudat digitos manusque
Bracchiaque et visos nudos ex parte lacertos,
Si qua latent meliora putat: mactatque amore,
Inque patris blandis haerens cervice lacertis
Da mihi perpetuo, genitor carissime, dixit,
Huius amore frui, dedit hoc pater ante ~~[illegible]~~ Rebeccae
Connubia Hemor apud Iacobum quaerit et infit:
Hanc ut des, orquite tamen, non incola montis,
Hic non est pastor, nec hic armenta gregesque
Herbosque observat, sed tellus huic Cananaea:
Huius ego genitor sum, qui, quod scitis, fuitque
Et quod erit, per quem concordant pectora turbae.
Ille quidem obsequitur: sed te statuisse quod optas
Esse vetat votoque tuo tua vita repugnat,
Ni nisi cum gnato genitali in parte noteris.
Atque haec sunt, quae subiecerunt, verba roganti
Iacob et gnati iam rure domum redeuntes.
His dixerunt: at quoniam sic nobis Dina negatur
Uxor, erit certe, placeat si vestra voluntas.
Perdere blanditias iuvenis non sustinet ultra:
Atque monebat amor pennisque adiutus amoris,
Victor est requiemque negat: gnatus, pater usque
Dum sibi, legibus quorum subiecta potentes, iusto
Israelitarum curavit se more recidi.
Quid tandem? sterilem sperando nutrit amorem
Quodque cupit, sperat: suaque illum oracula fallunt.
Vulneribus absumptis horum nam, tertiaque tum iam
Orbi sistebat sese lux, et dolor auctus.
Heu, dum morbus nullis medicabilis herbis,
Dant gemitus! quid tunc? torpor gravis occupat artus,
Mollia cinguntur duro praecordia ferro
Oraque pallor habet, nec in his remanet [illegible] ullus:
Namque urbem fratres horrendis caedibus implent.
Innotuit facinus Iacob spectando ruinam,
Ter pater, inquit, o Deum, si coeli numen habetis,
Si facit hoc factum, quo degar, morte peribo.
Excruciat miserum me tanti infamia facti:
Orbis ero probrum, praestabit morte perire.
Vix prae fletu: verba imperfecta relinquit
Cum fratre gnatorum vere longe sana caterva:

Cur nostram tanquam scortum colu-
ere sororem?

Salomon Herman. Reiche-
us